

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ingenium d (2)  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Ingenium d (2):

Dum ingeniosi per  
negligenciam in malis remanent,

simplices quos ingenii penna non adiuuat ad optinenda  
eterni regni menia uirtus operationis leuat.

Glossa Gregorii super illud Prouerbiorum XXX.:  
Stellio manibus nititur.

Fons proximus:

**Stellio manibus et cetera....**

Sic ingeniosi dum per  
negligenciam in malis remanent.

et

simplices quos ingenii penna non adiuuat ad optinenda  
eterni regni menia uirtus operationis leuat.

*Glossa ordinaria, liber Prouerbiorum*, 30.28 (Biblia  
Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg,  
1480).

Fons primus:

Vnde bene per Salomonem dicitur: *Stellio manibus  
nititur et moratur in aedibus regis*. Plerumque enim aues  
quas ad uolatum pennae subleuant, in uepribus resident;  
et stellio qui ad uolatum pennas non habet, nitens  
manibus regni aedificium tenet quia nimirum saepe  
ingeniosi quique dum per  
neglegentiam torpent in prauis actibus remanent,

et  
simplices quos ingenii penna non adiuuat, ad obtinenda  
aeterni regni moenia uirtus operationis leuat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 6.10 (CCSL 143, M.  
Adriaen ed., p.292 , ll.22-28).